



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 80. Aliæ ejusdem Pontificis Constitutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](#)

Sac. XVII.
A.C. 1666.

§. LXXX.

Aliœ ejusdem Pontificis Constitutiones.

Præter hanc Constitutionem idem *Vide supra*
summus Pontifex alia edidit de-
l. 104. §. 13.
creta, & primo quidem, cum Cister-
cienſum Ordinem ob temporum cala-
mitatem a primævæ institutionis semita
desflexisse intellexisset, ut collapſa di-
ſciplina, & ſublatis diſſidiis inter com-
munis & ſtrictæ obſervantiæ Monachos
exortis, pax restauroretur, habito con-
ſilio cum Claudio Vauſlin Abbate Ge-
nerali, aliisque Abbatibus novæ refor-
mationis articulos confirmavit, atque
inter alia circa carnium abſtinentiam,
gravioris diſſenſionis argumentum,
ſancivit, ut illi, qui hanc abſtinentiam
amplexi ſunt, vel imposterum ample-
ctentur, illam exacte retineant, nec
ad communem obſervantiæ ſine S. Se-
dis licentia tranſire valeant, quin ta-
men communis obſervantiæ Professo-
ribus ſine ſui Abbatis venia ad perpe-
tuam hanc abſtinentiam tranſire liceat;
nulli quoque Superiores ullum ad eam
recens amplectendam cogere, nec etiam
in hac obſervantiæ educatis licentiam
veſcendi carnibus dare poſſint, niſi
duntaxat tribus diebus in hebdomada.

P 5

Statuit

Sæc. XVII. Statuit etiam idem Pontifex die vige-
A.C. 1666. sima octava Januarii, ut deinceps Ca-
 pitulum Generale Congregationis Ere-
 mitarum Camaldulenium de biennio
 in biennium, dieta vero seu Congre-
 gatio Provincialis anno post celebratum
 Capitulum Generale proximo celebra-
 da sit. Denique die nona Augusti Papi
 Abbati Generali Congregationis Cano-
 nicorum Regularium S. Salvatoris in-
 dulxit, ut habitum Prælatitium de-
 ferre posset.

§. LXXXI.

*Quædam decisiones S. Congregatio-
num Romanarum.*

*Decis. S. Con-
gr. Rit.
Episc. Conc.* **H**oc item anno sacra Rituum Con-
 gregatio die decima tertia Februario
 rii decidit, quod, si exponitur Sacra-
 mentum in altari pro initio quadraginta
 horarum vel spiritualium exercitatio-
 num, si accidat in festo primæ vel se-
 cundæ classis, sive in dominica privi-
 legiata primæ vel secundæ classis, tunc
 in collegiatis vel duæ cantentur missæ
 una de festo, seu dominica post tertiam
 altera votiva de sacramento post no-
 nam: vel una cantetur de die cum
 commemoratione SS. Sacramenti. Die
 autem undecima Septembris S. Con-
 ciliī Congregatio declaravit, quod Ca-
 nonicus